

PROLOGUS
IN LIBRI IOB VERSIONEM LATINAM

mi 371

Peritorum mos est medicorum ut, cum ad infirmum intro-
ierint et qualitatem passionis agnoverint aegrotantis, ea quae ne-
cessaria vel apta sunt curae, agnita adhibeant passione. Nec ante
pro infirmo aliquam ordinant curam, antequam in integro eius
agnoverint causam, ne pro oculo aurem videantur curare aut pro
5 manu capiti reperiantur medicinam conferre, quod est omnino
imperitorum atque artem ignorantium medicinae. Sic etiam
omnis interpret, nisi ante vim ac sensum cognoverit lectionis,
quomodo poterit fidem in omnibus conservare interpretis? Nisi
10 sensum, inquam, dilucide atque in integro iuxta linguae vernacula
perlegerit, non facile ullo modo ea, quae ab alio edita sunt, in
alterius linguae saporem veraciter exprimit; et cum haec non ob-
servaverit aut certe, quod me dicere pudet, ignoraverit, aurem
pro oculo aut caput pro manu tamquam imperitus medicus cura-
re incipiet. Haec a nobis ideo praemissa sunt, quia agnovimus vel
15 potius legimus hunc qui in manibus est beati Iob librum aliquos

1 peritorum ... medicorum] *cf.* Rufin., *hist. prol.* (GCS 9/2, 951)

tit.: in nomine sanctae et individuae trinitatis incipit prologus libri moraliae super beatum Iob pars prima exposita a sancto Hieronymo presbytero ex Graeco in Latinum translata *N*; incipit prologus sancti Hilarii episcopi in libris Origenis in Iob quos ipse de Graeco in Latinum transtulit *M*; incipit prologus beati Hilarii Arelatensis episcopi in expositionem Origenis super Iob e Graeco Latinitati donatum *so*; incipit prologus *P*; incipit prologus tractatus Origenis super Iob *B*; incipit prologus Origenis in (*exp.*) in Iob *A*; *sine tit.* *T*; incipit prologus in Origenem super Iob *V me*; anonymi in Iob commentarius prologus interpretis *mi*

3 agnitae *Φ mm* | passione *N*; passioni *cett.* 4 antequam] quam *α (pc. M)*
mm 7 sic] sed *P(ac.)* 9 interpretis *A(ac.)* 10 in *om. Nmm* | integre
mm 12 *exprimet *mm* | observaverint *P* 13 ignoraverit] aut *add. α Φ*
mm 14 caput *om. B* 15 quia] quae *N* | agnovimus *N*; cognovimus *cett.*

iam de Graeco in Latinum non Latino vertisse sermone; et quia
 valde satis ab interpretis officio desciscit qui a veritate atque regu-
 la interpretationis longe discesserit, ideo peto omnem sapientem,
 20 in cuius manus hic liber devolutus fuerit, ut ante hunc prologum
 relegat, antequam ad huius libri lectionem accedat, ut ex huius
 praefationis textu informatus, a quo haec interpretata fuerint,
 perfacile cognoscat. Spondeo sane me a veritatis auctoritate nullatenus
 discessisse, sed sicut ab illo posita sunt qui haec prior edi-
 25 dit, ita eorum status integritatem in nullo vitiatam penitus reser-
 vasse; nihil scabrum neque asperum neque additum ademptumve
 diligens lector inveniet; quod illi fide praetermissa interpretis fa-
 cere non praesumpserunt. Quod etiam peto te, studiosorum lec-
 torum maximum atque diligentem veritatis amatorem, ut etiam
 30 tu illa mentis vivacitate atque sancti animi curiositate ad eorum,
 quae dicta sunt, rationem relecta pervenias lectione. Invenies pro-
 cul dubio multa eos praetermisisse nec non et addidisse superflue
 plurima atque ab interpretis officio longius recessisse. Quae cum
 diligenter agnoveris, quae legere debeas quaeve recusare, perfacile
 35 cognosces. Nos vero non ideo haec dicimus quod nos aliis ante-
 ponere velimus, cum simus imperitiores atque abiectiores omni-
 bus hominibus, sed secundum apostolum *sermone non scientia*,

37 2 Cor. 11, 6

17 iam *om. mi*; tam *NB* | Latino] Latine *N* | sermones *N*; sermonem *M*
 18 desciscit *N*; discrepaverit *α*; discrepaverint *Φ me*; discrepaverunt *mi*; et
add. Φ mm | qui a *so*; quia *NM*; quia a *cett.* | 19 discesserint *Φ me*; discesse-
 runt *mi* | omnem sapientem peto *tr. Φ mm* | 21 antequam] quam *so Φ mm*
 22 a] ex *mm* | a quo] quomodo *proposuit Primmer (cf. lib. I, cap. 59, 22)*
 24 sed] sic *A* | 26 nihil *N*; nihilque *cett.* | ademptumve *N*; demptumve *cett.*
 27 quod *N*; quam *cett.* | fide *N*; fidem *cett.* | praetermissa *N*; praetermissi *α*
β; praeter missi *P*; praemissi *mm* | interpretis *N*; interpretes *cett.* | 28 post
 praesumpserunt *lacunam proposuit Primmer* | 29 amatores *P(ac.)* | 30 sancti
om. P | 31 qua *B* | relicta *MB T(ac.)* | 34 quae *N*; quem *cett.* | quaeve *N*;
 quem vere *BA T*; quemve *cett.* | 35 cognoscis *NM* | nos¹] non *M* | 37 sed
om. Φ mm | apostolicum sermonem *B*

sed attamen faventes in omnibus veritati, ea quae a vobis nobis iniuncta sunt, summo studio, deo suffragante, in omnibus diligenter implere curavimus.

40

ANONYMI IN IOB COMMENTARIUS

LIBER PRIMUS

1. Sicut caeli luminaria ac sidera in firmamento caeli a deo collocata cunctis indesinenter quae sub caelo sunt fulgent atque omnibus quae super terram sunt per tempora ac tempora, per
mi 372 generationes et generationes mirabiliter relucet, alia quidem per
noctem ut luna et stellae, alia nihilominus per diem ut solis speciosissimi radii, sic et sanctorum virtutis insignia atque beatissimi
mi 373 eorum agones omnibus in perpetuo singulariter fulgent, omnibus
in aeternum bonorum formam tribuunt, omnibus sub sole pietatis exemplum ostendunt. Quod autem omnes sancti sideribus atque luminaribus comparentur, demonstrat apostolus dicens: 10

1, 1-6 sicut ... radii] cf. Gen. 1, 15-18 8 sub sole] cf. Eccl. 1, 13; 2, 11; 9, 11

38 tamen *N(ac.) P(ac.)*; attente *Vmm* | veritas *mi* | a *mg.* *N* | vobis *om.* *mi* | nobis vobis *tr. me* 39 inventa *mm* | implere diligenter *tr. V* 40 curabimus *Ψ*; incipit liber moraliae super beatum Iob pars prima libri tres *add. N*; incipit praefatio Origenis super Iob *add. so*; explicit prologus incipit tractatus Origenis in Iob *add. Φ*; explicit prologus incipit primus liber Origenis in Iob *add. me*; argumentum in Iob in terra quidem ... nomen civitatis eius Avith (*Iob 42, 17bβ-de*) anonymi in Iob liber primus *add. mi*
1, 1 siderum *α P A T V* | sidera in firmamento *om. B* 2 consolata *P(ac.) B(pc.)*; consolata *B(ac.)*; collata *mm* 3 per² *om. so* 4 lucent *N(ac.; sed. cf. lib. II, cap. 9, 2)* 7 omnibus²] et *add. P* 9 *sideribus atque luminaribus comparentur omnes sancti *tr. α Φ mm*

Stella enim a stella differt in claritate, ita et resurrectio mortuorum, procul dubio quoque sanctorum. Evidentius autem ostendit hoc angelus qui ad Daniele locutus est dicens: Tunc iusti fulgebunt sicut luminaria caeli et tamquam sol et luna et tamquam stellae in
 15 *saecula. Super quae universa etiam ipse dominus in evangeliiis dicit: Tunc iusti fulgebunt in conspectu patris sui qui est in caelis. Sic itaque fulgent atque emicant omnes sancti non solum in tempore resurrectionis sed et nunc in tempore huius praesentis saeculi. Alius enim fide fulget ut Abraham, alius vero castitate lucet ut*
 20 *Ioseph, alius nihilominus mansuetudine ut homo dei Moyses, item vero alius constantia atque tolerantia vehementium dolorum sicut admirabilis Iob, de quo plurimus sermo, de quo vehemens disputatio, cuius sanctae virtutis insignia, cuius admirabilem constantiam, cuius inenarrabilem tolerantiam, cuius miserabiles dolores quis edicere vel quis iuxta meritum proferre vel*
 25 *admirari valeat, quae scripta sunt Syrorum lingua sive ab ipso Iob sive ab amicis eius? Ob hoc enim dicit ipse beatissimus Iob: Quis dabit ut scribantur sermones mei et ponantur in libro in perpetuum?*
 2. Interpretata autem sunt a magno viro illo Moyse in Hebraicam linguam atque filiis Israel tradita. Quod ostendit ipsa

11 1 Cor. 15, 41sq.; cf. Orig., hom. in Gen. 1, 7; 9, 2 (GCS 29, 8; 90); cap. 38, 21sq. 13–15 Dan. 12, 3; cf. cap. 38, 22sq. 16 Matth. 13, 43 + 6, 1 vel 10, 32 vel 18, 14; cf. cod. Brixianus (PL 12, 262) 19 alius¹ ... Abraham] cf. Gen. 15, 6; Rom. 4, 3 19sq. alius² ... Ioseph] cf. Gen. 39 20 alius ... Moyses] cf. Num. 12, 3 26sq. quae ... eius] cf. Ephr. Syr., comm. lib. prim. Pent. 1, 26 (CSCO 152, 22sq.; 153, 16); Orig., c. Cels. 6, 43 (SC 147, 284–286); Chrysost., comm. Iob prol., 1sq. (SC 346, 78–81; PTS 35, 1) 27sq. Iob 19, 23

12 quoque N; om. so mm; quod cett. | sanctorum] quod add. so | autem om. so; ut M 13 fulgebunt N; effulgebunt mi; effulgent cett. 14 sicut ... 3, 23 sectamur deest N | et¹ om. mi 15 quae α; haec cett. 16 fulgebunt] sicut sol add. mg. B | sui] tui M | in caelis est tr. M 17 effulgent mm 18 restitutionis mm | et om. B 19 vero om. mm 24 inerrabilem A (ac.) T 25 quis² om. mm; qui V | praeferre α 27 enim] et add. α
 2, 1 sunt autem tr. B | illo viro tr. mm | illo om. B 2 tradita Israel tr. P

scriptura Iob dicens: *Hic interpretatus est ex Syrorum libro*. A quo interpretatus? Manifestum est quod a Moyses in Hebraeo; item vero a Septuaginta ex Hebraeo in Graecum translatus est. In Aegypto scilicet olim Moyses illum ex Syro in Hebraeum transtulit; in Aegypto item etiam Septuaginta sub Ptolomaeo ex Hebraeo in Graecum illum transtulerunt, et inde ex Aegypto per universas gentes beati Iob scriptura divulgata est, primum quidem in Arabia Syricatim scripta ubi et Iob habitabat, post hoc vero et in Hebraeis et in Graecis atque in omnibus gentibus iuxta haec quae intimata atque ostensa sunt immutata atque interpretata est. Erat nimirum pridem Syricatim ex parte scripta non ita diligenter neque ita vigilanter quemadmodum postea a Moyses. Solae enim responsiones atque replicationes a primordio scriptae sunt. Nam quis illorum poterat nosse quomodo venerint angeli ut starent ante deum vel quomodo diabolus venerit vel quid dixerit vel quid responderit? Nullus illorum poterat hoc nosse vel hoc, quid deus ad diabolum locutus fuerit nisi solus Moyses spiritus sancti revelatione. Sicut enim de factura caeli et terrae nemo alius ita diligenter poterat nosse vel loqui vel scribere sicut Moyses, ita nec ea quae circa Iob gesta sunt. Sed adhuc sicut nemo alius poterat nosse vel dicere vel scribere quae solus pater ad solum filium locutus est dicens: *Faciamus hominem* et cetera universa, nisi solus Moyses quae revelavit illi spiritus sanctus para-

3 Iob 42, 17b α 20-22 sicut ... sunt] cf. Iulian. Arian., comm. in Iob, prooem. (PTS 14, 2) 24 Gen. 1, 26 25sq. spiritus sanctus paracletus] cf. Ioh. 14, 26; 15, 26

3 hic] hoc *mi* 4 interpretatur β | est *om.* α | in *om.* *so* | Hebraeum *mi* 5 Septuaginta] interpretibus *add.* *mi* | translatum *M* 7 item in Aegypto *tr.* *mm* 10 Syriace *mm* 11 in² *om.* *B* 12 atque ostensa *om.* *B* 13 Syriace *mm* 14 ita *om.* *V* | invigilanter *M* 15 a] in *P* 16 quis *sl.* *P*; haec *add.* *A* (*corr.*) | venerunt *so* *B* 17 dominum *B* 18 nosse hoc *tr.* *M* 19 hoc *om.* *so* | quod *V* *mm* 20 enim *om.* α 21 aliud *M* | vel²] et *M* | sicut ... 23 scribere *om.* *P* 22 sed] ita *add.* *mm* 25 nisi solus Moyses *om.* *B* | sanctus spiritus *tr.* *M*